Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ad cameta pastor. Nunta inuenit fis
ochozie regis iuda. dixitq; ad eos.
Qui nam estis uos? At illi rendert.
fis ochozie sumus. et descendimus
ad salutandos filios regis. et filios
regine. Qui ait. Comphendite eos
uiuos. Quos cum cphendissent iu
uos. iugulauiunt eos in cystina. iuxta
cameram. xlij. uiros. et non reliquit
ex eis quemq;. Cumq; abisset inde.
inuenit ionadab filium rechab in
occursum sibi. et benedixit ei. Et ait
iheu ad eum. Numq; est cor tuum rec
tum cum corde meo. sicut cor meum
est cum corde tuo? Et ait ionadab.
Est. Si est inquit. da manum tuam.
Qui dedit ei manum suam. At ille
leuauit eum ad se in currum. Dixit
q; ad eum. Ueni mecum. et uide ze
lum meum pro domino. et impositum in
curru suo duxit in samariam. et p
cussit omnes qui reliqui fuiant
de achab in samaria usq; ad unum.
iuxta uerbum domini quod locutus est p
helyam. Congregauit q; iheu omem
plebem. et dixit ad eos. Achab coluit ba
al paulo. ego autem colam eum amplius.
Nunc q; omnes prophetas baal. et uni
uersos suos eius. et cunctos sacerdo
tes eius uocate ad me. nullus sit
qui non ueniat. Sacrificium enim
grande est mihi baal. Qui cumq; de
fuerit non uiuet. Porro iheu facie
bat hoc insidiose. ut disperdet culto
res baal. Dixitq; sanctificate diem
sollempnem baal. Vocauitq; et mi
sit in uniuersos fines israel. et uene
runt cuncti sui baal. Non fuit re
liquus nec unus quidem qui non
ueniret. Et ingressi sunt templum
baal. et repleta est domus baal a
summo usq; ad summum. Dixitq;
his qui perant super uestes. Profer
te uestimenta uniuersis seruis baal.
Et protulerunt eis uestes. Ingressusq;
est iheu et ionadab filius rechab in
templum baal. et ait cultoribus ba
al. Inquirite et uidete. ne quis for
te uobiscum sit de seruis domini. sed ut sit
soli sui baal. Ingressi sunt q; ut fac
ent uictimas et holocausta. Iheu
autem paraiiat sibi foris octoginta
uiros. et dixit eis. Quicumq; fugint
de omnibus his quos ego adduxo
in manus uestras. anima eius erit p
anima illius. Factum est autem cum ple
tum esset holocaustum. precepit iheu
militibus et ducibus suis. Ingressimini
et percutite eos ut nullus euadat.
Percusserunt eos in ore gladij. et
preterierunt milites et duces. Et iecer
uiuitatem templi baal. et protule
runt statuam de fano baal. et inci
serunt et conuiuerunt eam. Dest
xerunt quoq; edem baal. et fecerunt
ea latrinas usq; in diem hac. De
leuit itaq; iheu baal de israel. Ueru
tamen a peccatis ieroboam filij na
bath. qui peccare fecit israel non re
cessit. nec dereliquit uitulos aureos
qui erant in bethel et in dan. Dixit
autem dominus ad iheu. Quia stu
diose egisti q; rectum erat. et place
bat in oculis meis. et omnia que
erant in corde meo fecisti contra do
mum achab. filij tui usq; ad quartam
generationem sedebunt super thronum israel.
Porro iheu non custodiuit ut am
bularet in lege domini dei israel in toto cor
de suo. Non enim recessit a peccatis iero
boam. qui peccare fecit israel. In die
bus illis cepit dominus recedere de israel.
Percussitq; eos azahel in uniuersis
finibus israel. a iordane contra orien
talem plagam. omnemq; terram ga
laad. et gad. et ruben. et manasseni
ab aroer que est super torrentem arnon.
et galaad. et basan. Reliqua autem
uerborum iheu. et uniuersa que fecit. et for
titudo eius. nonne hec scripta sunt in
libro uerborum dierum regum israel? Et dor
miuit iheu cum patribus suis. sepe